

J. M. G.
DISSESSATIO ACADEMICA
DAVIDEM REGEM
HYPNOPSYCHITIS
NON FAVERE,
DEMONSTRANS,
Contra HEINIUM Ex Occasione
Psalms. VI:

QUAM,
Consentiente Ampliss. Facult. Philosoph. in Regio ad
Auram Lyceo,

SUFFULTUS PRÆSIDIO
VIRI MAXIME REVERENDI atque CELEBERRIMI

D:NI I S A A C I
R O S S,

S. S. L. L. PROFESS. REG. & ORD.
FAC. PHIL. H. T. DECANI Maxime Spectabilis

Pro consequendis honoribus Academicis
Publico examini modeste submitit

ARVID FAVORIN, Nic. Fil.

SATACUNDENSIS,

In Aud. Majori Die XXII. Decembr. Anni MDCCLIX.

H. A. M. C.

ABOÆ, Impressit DIRECT. & TYPOGR. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL.

S:æ R:æ M:tis
MAXIMÆ FIDEI VIRO
Perillustri atque Generosissimo Domino
D.N. J E R E M I A E
W A L L E N.
Provinciarum,
Aboënsis atque Biörneburgensis,
Nec non
Præfecturæ Alandiæ,
Praesidi & Gubernatori
Eminentissimo
MÆCENATIBUS

Diu anticipi cura cogitationum incertus fluctuavi,
votæ memis veneratione dignitatem Vestram, qua
Patriam & Republicam, Vesta, sermone persequi &
Certe dubiam immo tremebundam multum detinuit men-
li, et si quam maxime cum admiratione omnium, hume-
rat, ne, si ego, infra mediocritatem positus homo, limina
que Vestros, ansu vix excusando, turbare viderer. Sed
animum tandem addidit ipsa Inclita Virtutis Vestrae

S:æ R:æ M:is
MAXIMÆ FIDEI VIRO
Reverendissimo Patri ac Domino
D_{N.} C A R O L O
FRIDERICO
MENNANDER.

S. S. Theol. *DOCTORI* Longe Celeberrimo, Diœceseos
Aboënsis *EPISCOPO* Eminentissimo, Acad. Ibid. *Pro-*
CANCELLARIO Magnificentissimo Venerandi Consisto-
rii Ecclesiastici *PRÆSIDI* Gravissimo, Scholarum per
Diœcesin *EP. ORO* Adcuratissimo, Reg. Acad. Scient.
Holm. *MEMBRO* Maxime Inlyto.

MAXIMIS.

Mæcenates, utrum consultius esset, tacita, ut soleo, de-
tot antecellitis mortales, sufficere, an vero Merita, in
repostam animo pietatem publico testimonio declarare.
tem, consideratio negotiorum gravissimorum, quorum mo-
ros, haud inviti subjicere soletis; Verendum tamen e-
Vestra peterem, temeritatis notam incurrere, circulos.
Sollicito mihi, ne interpellatione mea Vos offendere,
Gloria, qua per universum regnum, Finlandiam im-
primis,

primis, cum in foro, tum ecclesia Nomina Vestrarum
late corruscant. Ecce igitur potius, quam pari tam
splendido, tamque grato, praesentem ego opellam inscri-
berem? Profecto, ut in ambiguo est, utrum Vos, men-
tibus hominum virtus, an obtutui oculorum vultus, in-
sinuet, sic praesidium suum, in Vobis, se invenisse sibi
ingenii mei fietus gratulatur; qui ut mentem Davidis
ab impia hominum opinione, putantium ebeu! animam
a corporis vinculis solutam vel somno sopiri, vel pla-
ne extingui, alienissimam demonstrat; ita Vos Mæce-
nates, de immortalitatis anime luce convicti, negotiis
Vestrarum perficiendis sic vacatis, ut immortalitatis bea-
tae candidatos decet, hacque mente nebulas vitiorum ex
animis eorum, quibus præpositi estis, egregie dispellere
studetis. Hoc autem factorum decore, dum monumen-
tum ære perennius Vobis, exstruitis, Vos, Mæcenates,
ego, clientolorum licet minimus, in nuncupandis vero
votis, pro pereundi Vestro flore, nemini secundos, ut
salvi & sospites per annos bene multos, vigeatis & flo-
reatis, ex imo voveo pectore, quoad vixero perman-
furus

NOMINUM EMINENTISSIMORUM

cultor & ciens devotissimus
ARVID FAVORIN

VIRO Nobilissimo atque Consultissimo

D:no JOHANNI WOIVALENIO,

Judici, per provinciam Säxmäkiensem tam superiorem quam
inferiorem, Aequissimo, Patrono Aestumatissimo

Perillustri atque Generofissimo Libero BARONI

**D:no GUSTAVO ADOLPHO
MELLIN,**

Ad S:æ R:æ M:is Turmam Savolaxiensem Vexillifero Stre-
nuissimo, ut Nutritio quondam Indulgentissimo, ita Patro-
no quovis honore colendo.

Perillustri atque Generofissimo Libero BARONI

**D:no GUSTAVO ADOLPHO
MELLIN,**

Ad Legionem S:æ R:æ M:is pedestrem Tavastensem, Si-
gnifero Dexterimo, Fautori Certissimo.

Specattissime Fidei VIRO

D:no JOHANNI SCHREIJ,

Prætori, ad partem inferiorem Territorii Säxmäkiensis,
Dignissimo, Fautori Optimo.

In memoriam revocans innumera illa beneficia, quibus
Patroni & Fautores Propensissimi nullo non tem-
pore me cumulare dignati estis, dolore afficior, nihil apud
me inveniri, quo illa quadantenus compensari possint. Im-
MINOVAT CIVIA primis

primis TUAM benevolentiam, Generosissime Liber BARO;
hac occasione non reticere possum, quam multiplici ratione
experiri mihi licuit, cum studiis, Filii TUI Carissimi, in
Spem Patriæ nati, præfessem. Suscipe igitur, NUTRITIE olim
Propensissime, Vosque ceteri PATRONI OPTINI, in melio-
rem interpretamini partem munusculum hocce chartaceum. Et
quo certius Favorem Vestrum & Gratiam in me profus per-
spexi singularem, ac spe laetior certissima fore, ut a clientulo
VESTRO nihil præter piæ mentis testimonia, postuletis, eo
majori fiducia Dissertationem hanc Vobis consecratam vo-
lo, in tesseram animi grati, indicium Reverentiae ingentis,
& documentum obsequii non fucati, quo, quoad Spiritus
hos regit artus, obstringor: Summum interea Numen pre-
cibus nuncupare non desistam, ut per longam annorum ser-
iem fospites conservemini, in Patriæ atque Nobilissimarum
Familiarum Vestrarum emolumenta & fulcra; Me autem
quo coepistis Favor, ut amplecti non dedignemini, est quod
humillime oro. Permaneo.

NOMINUM VESTRORUM

D:o IOHANNI SCHELI

ARVID FAVORIN.



PRÆFATIO.

§. I.



Ui priscum orbem fere totum occupavit, insanus error Psycho pannychiæ, nostra jam ætate proh dolor in multorum animis pestiferas radices cœpit agere. Non miramur olim gentiles, qui quævis alia somnia sibi fingebant, multa etiam absona de anima somniasse, eamque torpore atque somno capi post discessum e corpore insulse arbitratos fuisse. Sed eorum plurimos, qui sacris Christianis iisque interdum purioribus initiati fuerunt, eandem tibiam inflasse, res est indignior. Fidem dictis vel illa, ut alia taceam exempla, faciunt, quæ HEINIUS, Religioni Evangelico-Lutheranæ cæteroquin addictus, in epistola ad Ven. Baumgartium Hollensem 1746 data effutit, quæ collectaneis Theologicis nou-antiquis, Lipsiæ 1748, idiomate

A

germa-

germanico editis, inserta deprehenditur. Movet is omnem lapidem pro incrustando errore Hypnopsychiæ in animis hominum, idque ea audacia ut ne dictis quidem S. Sacræ parcat, quin plurima eorum ad corroborandam, si Diis placet, suam sententiam obtorto collo rapiat. Non jam est nostrum vindicias omnium locorum sacrorum dare, quæ hypnopsychita pessime torquet, sed quorundam tantum eorum, ex quibus perverse explicatis Piissimo Regi Davidi hypnopsychiæ maculam impingit, inter quæ in primis in sensum nobis venit Psalmi 6: v. 6. Quo adjiciemus quoque breves adnotationes cum in Psal. 88: v. 13. tum 146: v. 4. quibus pariter abutitur HEINIUS. Id autem ita b. c. DEO præstabimus ut I:mo post brevem erroris Historiam ejus refutandi fontes ad periamus, *deinde* mediis Philologicis ad effata hæcce divina applicatis summam Davidi ab Heinio fieri injuriam evincamus. Quod dum facimus, tuum erit L. B. innocuos nostros ausus in mitiorem interpretari partem.

§. II.

Nisi nos omnia fallunt, natales suos inde repetit erronea hæc opinio, quod animam, soluto cum corpore vinculo, sublatisque sensuum instrumentis, homines vim animæ ad cogitandum nullo modo ferri, putarent posse, proinde mentem separatam vel æterno, vel temporali somnio sopitam esse debere: qui illo modo delirant, secundum eos, qui hic accurratius distinguere volunt, Psychopannychitæ,

stri-

strictius sumto vocabulo, cum cæteroquin latius utramque horum somniatorum catervam comprehensum, nuncupantur, nec incommodo, descendit enim a græcis ψυχη anima, πνευμα omnis, νύξ nox, unde πνευμα, item πνευματικη pernocto: itaque apertissime hac voce eum denotare queas, qui perpetuam quasi noctem animarum credat: qui vero hoc, seu posteriori modo delirant, Hypnopsychitæ audiunt. Hinc nihil frequentiori modulamine aliud Poetas torquere notum est, quam *lethæum poculum*, quo gustato, fingunt mortuis, rerum omnium oblivionem obrepere, cui adjungunt noctem longam omnibus dormiendam. Propagata deinde mali hujus contagione ad ecclesiam, sunt qui Patres quosdam Ecclesiæ, quod mirandum, ejus erroris vel reos faciant, vel saltem incautius circa hanc materiam locutos esse contendant, animadverteente id inter alios Vernsdorfio in Disputatione *De statu animæ separatae* Imprimis ecclesiam Græcam, tam hodiernam, quam antiquam ab hac lue non penitus esse immunem ex historia utriusque ævi de statu ecclesiæ orientali colligi posse haud pauci existimant. De Anabaptistis sive Memnonistis noto est notius, quod omnium crassissime in hac parte ineptiant; constat enim ex illorum confessione pag. 160 seq. ipsos somniare animas a corporum societate disjunctas, in cavernis terræ alto sepultas somno, jacere, omnisque operationis, intelligentiae & cupiditatis expertes esse. Quare ipsis præter alios plures CALVINUS tractatum de psychopannychia opposuit.

stit. Nec ab hoc delirio alieni sunt Socini affectati.
 Hi concedunt quidem animas post mortem non interire, tamen dum præter expressa verba, de quibus mox, illas in infernum detrudunt, qui sit locus oblivionis & silentii, satis aperte ipsas agere inficiantur. Interdum quidem hac de re ita loquuntur, ut putares illos non tam negare actiones animæ post mortem, quam de ipsis tantum dubitare. **VALENTINUS SCHMALCIUS** in exam. err. p. 49.
 „an post redditum illum, inquit, ad DEum aliquid,, „sentiant, (animæ)? vel aliqua voluptate fruantur, quia scriptura non testatur, jure dubitari dicimus.
 „Et contra Franzium pag. 409. An spiritus ille, „qui ad DEum redit, & a corpore separatus est, sensu aliquo praeditus fit, & an voluptate aliqua fruantur ante adventum Christi, & ante conjunctionem istam novam cum corpore glorificato, quod Deus olim daturus est credentibus? valde dubitamus. Sed nihil familiarius Socini gregalibus, quam de quo dubitant, id eodem fere momento expresse negare. Id ejusdem illius Schmalci exemplo discimus. Nam vix dubitationem suam verbis, quæ protulimus, significaverat, cum mox ad ipsius rei negationem prolabitur, ita pergens: Imo aliter se rem habere credimus: nempe quemadmodum corpus sine Spiritu cadaver est; sic viciissim Spiritum sine corpore nullas actiones exercere posse. Pariter alibi, scil. *de erroribus Arianorum Lib. I. Cap. 14:* pag. 145. hæc invenies ab illo prolatæ:,, V vere animam ambigue dicitur, eatenus enim tantum

tantum vivere dici potest, quatenus est aliquid in,
 corruptibile natura sua; vel quod olim reddenda sit,
 fidelibus in adventu Christi; rursus vero, quia actio,
 nes nullas sine corpore exercere, nec ulla volupta,
 te frui potest, non isto modo vivere dici potest,
 quo ea vivunt, quae per se consistunt, ut Angeli.
 Illi enim substantiae sunt Spirituales, integræ & per-
 fectæ; anima vero pars integri est. Et si ea vi-
 vendi ratione animæ mortuorum viverent post
 mortem, certe mortui non haberent, quod valde
 cuperent ex mortuis resuscitari. Nam ut Angeli
 in corpore suo Spirituali fruuntur perfectissimis
 voluptatibus; sic & animæ fruentur. Hisce erro-
 ribus quodam modo appropinquant Armenianæ Se-
 ë addicti, quippe qui eos stultitiae postulant, qui
 hac in causa quidquam certi determinare velint,
 cum rem quandam scrutari cupiant, cuius cogno-
 scendi nobis nulla suppetat facultas. Sic SIMON
 EPISCOPIUS haud cognosci posse putat, num ani-
 ma, licet superstes maneat, extra se quid agat aut
 sentiat, nec ne? Fatetur tamen illam neutiquam dormi-
 re ac probabile esse, quod in se ipsum conversa,
 ea possit intelligere, quae antea percepit. CUR-
 CELLÆUS ex Scripturis Sacris haud explicandum
 esse censet: Num animæ cognitionem quandam re-
 tineant & aliquid agant, nec ne? PHILIP. a LIM-
 BORCH consultius omnino esse pronunciat de hoc
 argumento silere, quam de eo multis disputare. Ni-
 mis longum omnino foret, & a proposito alienum,
 catalogum eorum omnium pertexere, qui animam

separata quocunque modo dormituram somniarunt,
 id tamen postea tamen haud possumus, tempore ante
HEINIUM bene multo in Ecclesia Lutherana inven-
 tum fuisse virum doctum, quem **FECTIUS Lect.** in
 Syl. p. 199 seq. nos docet Joh. Christoph. **ARTO-**
PÆUM fuisse, Historiarum & Eloquentiæ Professo-
 rem Argentoratensem, qui Anno 1670. in lucem
 publicam prodire jussit: „ *Anonymi cujnsdam se-,,*
riam disquisitiouem de statu, loco & vita anima-,,
rum, post quam discesserunt a corporibus, „ In qua
 Auctor statuit omnes morientium animas in infer-
 num, qui sit locus subterraneus, descendere, quo
 & Christi anima sine corpore descenderit: porro a-
 nimas quodam modo dormire quumque sint separa-
 tæ, ordinarie nullos actus vitæ secundos habere, li-
 cet primus vitæ actus illis minime denegandus sit.
 Prodiit A:o 1691. *Tractatus curiosus*, qui continet
 variorum eruditorum commentationes de morte, sta-
 tu atque immortalitate animarum, in quo memora-
 ta disquisitio exstat. Notat autem Laudatus Beatus
 D:n **FECTIUS** ibidem non modo refutatam esse eam
 in eadem Academia Argentoratensi a **BEBELIO**, ignaro
 Collogam se suum refellere, nec quemquam dum u-
 terque viveret rescire potuisse **ARTOPÆUM** scripti au-
 etorem esse: fuisse enim eum virum mansuetudine
 & pietate incomparabilem, qui adeo non curarit, a-
 crem admodum & mordacem stilum a **BEBELIO** adhi-
 bitum; Verum etiam **ARTOPÆUM** id tantum pro sco-
 po habuisse, animos eruditorum excitare, ut huic
 argumento meditationem accuratiorem adponerent,
 &

& sententiam communem ab objectionibus a se factis liberarent.

§. III.

Quantum ad fontes, unde argumenta petere licet dogma hoc non falsum minus, quam noxiū refellendi, ut brevissimis nos expediamus, fieri id potest cum ex sana ratione, tum Scriptura Divina. Illa dum animæ vindicat immortalitatem, idque partim ex natura ejus propria, quo & desiderium boni infinitum jure refertur, partim perfectionibus Dei, imprimis Justitia Divina, hujus modi deliramenta infumum facile abire jubet, hæc Scripuras innuo Sacram, sicut sententiam orthodoxam firmissimo munit præsidio, ita errorem oppositum de somno animarum evidentissimis profligat testimoniis. Huc pertinent, quæ piis statim post mortem transitum promittunt ad æternam felicitatem, quæque magno numero adducit, præter alios Theologos, Abr. Calovius in socinismo profligato pag. 1040 seqq. Inter illa speciatim notare luet verba Paulina 2. Cor. 5: 6, 8.

Θαρρεῖτε γὰρ πάντοι. καὶ εἰδότες ὅτι εὐδημόντες εἰ-

τῷ σώματι, εὐδημένων ἀπό τῆς Κυρίου.

Θαρρεῖτε δέ, καὶ εὐδαχθεῖτε καθὼν εὐδημοῦσι ἐκ τῆς Σωματοῦ, καὶ ἐνδημήσαι πεὸς τὸν Κύρον.

Duplex sane hic piorum proponitur status, prior, quo sunt *presentes in corpore*, sed *absentes a Deo*, dum animæ nondum admissæ sunt ad visionem Dei beatificam: posterior vero, quo sunt *absentes a corpore*, en statum animarum separatum a corpore, sed tamen *presentes ad Dominum*, quo, vi oppositorum,

rum, non potest non intelligi visio Dei felicissima. Confirmant idem exempla Scripturæ e. g. Latronis qui cum Christo crucifixus est, Luc. 23: 43. Frivole enim exciperes, si, quod quidam faciunt vel pro purgatorio, vel etjam causa Sociniana, dices verba Evangelistæ dividenda esse hoc modo: *Amen dico tibi hodie; eris mecum in paradiſo.* Nam eo die loqui Christum, non latro minus quam reliqui perspiciebant, non præterito aut futuro: ideoque *to hodie* necessario cum *to eris* conjungendum est. Plura argumenta vide apud Stock, in hunc locum. Lazarus cuius anima statim a morte deportata fuit in sinum Abrahæ Luc. 16: 29. Commenta patrum quorundam de sinu Abrahæ & Praradiso non reformidamus. Pariter statim a morte ad locum æternorum cruciatuum deferri impias animas, nullo interposito somno, sanctior testatur pagina, quod vel epulonis nos condocent fata Luc. 16: 23. Exceptiones, quæ urgeri solent coram elidemus. Addi possunt innumera verbi revelati loca, v. c. Joh. 5: 24. 2. Cor. 5: 1. Phil. 1: 23. Apoc. 14: 13. Matth. 7: 23. Joh. 3: 16. &c. In quibus duo tantum post hanc vitam commemorantur status. Nec objici potest hisce locis duplicum tantum post resurrectionem designari statum: Nam responderi potest: Spiritum sanctum haud obscure innuere istum duplicum statum, non post resurrectionem, sed statim post mortem, expectandum esse.

§. IV.

Vix autem satis mirari possumus audaciam HEINII,
Davi-

¶) 9 (¶

Davidem in erroris societatem rapientis. Nam si media Hermeneutica (ut jam brevissime *posteriorius* quod in Præfatione promisi^m, attingamus) ad oracula illa Sacra, quæ pro somnio suo de somno animarum adducit, rite applicentur, ne umbra quidem ejus levissima apparet, sed contraria potius omnia. Textus autem authenticus Psalmi 6:ti versus 6: sic habet זכרן במוֹת מֵיוֹת — לְגַם, quo rite perpenso facile evincitur hic agi de homine in conscientiæ terroribus gravissimis constituto, nec audiendos esse five Hebræos, Régium Psalten in ægrotatione corporis hic precantem inducentes, five Coccoejum, qui eum de Christo vaticinari putat, cum cuiilibet fidelis, hæc patienti, singula competant, ut scite jam suo tempore monuit *Lutherus*, nec peculiaria adsint indicia Christum arguentia. Quæ omnia ad convictionem usque adstrui possent, si permitteret institutum; sed nec necesse est, cum si vel maxime concederemus, loqui hic Psalten de morbo tantum corporis ejusque morte metuenda, omnia tamen sic exponi possint, ut ne hilum quidem inde pro sua opinione lucretur HEINIUS. Sed nil attinet istis immorari. Verba potius nostra consideremus. Per mortem vix aliam fane mortem intelligere potest, quam qualem timet & persentisicit conscientia de peccatis anxia. Illa autem non tam est *temporalis* quam *Spiritualis* & *eterna*. Porro quod ad זכרן, in quo omne causæ suæ præsidium locant Hypnopsychitæ; reperiuntur, qui omnino negent illud recte intellegi de memoria, quatenus est potentia animæ ejus.

que operationibus, sed hanc vocem verti' debere *memoriale, monumentum, vestigium* alicujus rei. Verum si vel maxime retineam, receptam versionem: *memoria, recordatio tui*, nil sane inde nostræ sententiæ timendum; Nam notissimum est, verba memoriae Hebræis non notare nudam recordationem sed simul id, quod eam sequitur, adeoque hoc loco memoriam cum laude & celebratione beneficiorum divinorum conjunctam, item cum aliorum institutione, sic Psalm. 51: 15. Es. 38: 18, 19. Quod confirmant verba in sequenti membro יְהוָה - שְׁמַךְ *Quis confitebitur tibi id est, laudes tuas ad alios in ecclesia propagabit?* Unde id modo innuit hiero-Psaltes, in statu post mortem infelici nullam dari celebrationem nominis Divini; *Quis autem inde, nisi sanum qui perdidit sinciput, inferat, nullas plane extare operationes animæ post mortem.*

§. V.

HÆc fuere L. B. quæ contra HEINIUM circa præsentem materiam observasse lubuit: multa quidem religioni & pietati adversa alioquin effutivit, quæ in adversario nil nisi male sanam memorem testantur, ut non opus sit illa attingere. Propius tamen scopum ferire videtur illud, quod VATTIO Illustri Angliae Theologo obiicit, quo cum, nos eandem egimus causam in defendendo Davide ab exprobationibus hypnopsychiticis: quia tamen, præter Sarcasmos, nulla alia idonea tela in Vattium vibrat; e re non esse duximus, quidquam ulterius moliri aduersus militem tam levis armaturæ. Et licet ex ceteris Dictis Davidicis utpote Psal. 88: v. 13. & 146: v. 4. nihil accedat HEINIO in favorēm suæ causæ, gratissimum tamen nobis fuisse illa loca hic sub incudem vocasse, nisi ob angustiam temporis ademta nobis fuisse occasio, tam ea, quam quæ alias fuissem mediatis sumus circa prælentem materiam, prælo subiiciendi. Quare hic filium abrumpimus, & ut nos excusatos habeas, Lector, majorem in modum contendimus!

Sit Soli Summo gloria Summa DEO!